Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677222-p0001-8

1. ventilatio V. et VI. Diſſ. de rat. ſtatus cum adiuncta
quaeſtione, an ſutor poſſit eſſe philoſophus.
Praeſ. Chriſt. Thomaſio. Sequuntur et aliae ventilationes.
2. de renunciatione litis in cauſſ. ſponſalio-
rum. Praeſ. Juſt. Georg. Chladenio.
3. de ludis equeſtribus P. Gothofr. Suevi.
4. utrum fratres inſtituta quaerela inofficioſi
teſtamenti, probare teneantur, ſe non fuiſſe
ingratos. Mich. Henr. Gribner.
5. de amicitia et inimicitia Andr. Beier.
6. de eo, quod circa diffidentiam iuſtum eſt.
P. Jo. Chriſt. Schroeter.
7. de Induciis Jo. Strauchius.
8. de ſolemni fractionis baculi ritu in exe-
quenda ſupplicii extremi ſententia. Caſp. Achat. Beck.
9. de Annona, P. Georg. Adam. Struvio.
10. de obligatione ſub infamia, bey Ehrlen Ehrlen
P. Petr. Müller.
11. de colliſione praeſumtionum. Juſt. Henn. Boehmer.
12. de colliſione probationum P. eodem.
13. de Termino peremtorio ſolutionis et proteſta-
tionis Cambiorum. Chriſtoph Dondorff.
14. de menſtrua et annali praeſcriptione
litterarum cambialium. Gothfr. Wilh. Küſtner.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677222-p0002-4

Q. D. B. V.

DISSERTATIO JURIDICA
DE

# Injuſtis Cauſis Diſſenſus Parentum â Nuptiis Liberorum,

Quam

*DIVINA FAVENTE GRATIA,*
IN ACADEMIA REGIA VIADRINA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
*AUGUSTO AC SERENISSIMO PRINCIPE ET DOMINO,*

**DN. FRIDERICO WILHELMO,**

REGNI BORUSSICI ATQVE ELECTORATUS BRANDENB. HÆREDE &c. &c.
SUB PRÆSIDIO

**DN. ADAMI BALTHASARIS WERNERI,**

JCTI CELEBERRIMI,
S. REG. MAJ. BORUSSICÆ ET SERENISS. DUC. WURTENBERG. OLSN. â CONSILIIS, IN HAC ALMA PROFESS. JUR. ORDIN. & FACULT. JUR.
h. t. DECANI,
*Fautoris atq; Studiorum ſuorum Promotoris ætatem colendi,*
A. O. R. 1709. d. 20. April.
loco horisq; conſuetis
publice defendet

**JOHANNES RUNGE,**

Neo-Marchicus.

*FRANCOFURTI ad VIADRUM,*
Literis CHRISTOPHORI ZEITLERI.

41

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677222-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677222-p0004-5

# PRÆFATIO.

SIcut non ſcholæ, ſed vitæ diſcendum: ita non poteſt non in enucleandis materiis juridicis omne ferre punctum, qui themata uſui forenſi inſervientia, & quidem ita pertractanda ſibi ſumit, ut ex genuinis principiorum fontibus ea, quæ proponit, deducat. Neceſſe enim omnino eſt, maximam publicæ rei afferre utilitatem, qvi â praxi non aliena ad vera fundamenta revocare, atque ea ratione Scientiam ſolidam ad vitæ uſum transferre conatur. Hæc probe perpendens, Diſquiſitionem de injuſtis Cauſis Diſſenſus Parentum in nuptiis liberorum, Specimini Academico maxime convenientem exiſtimavi, cum non tantum Conſiſtoriorum praxi congruat, ſed etiam principia hujus materiæ accurata, quæ rarius ab aliis expoſita deprehenduntur,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677222-p0005-0

in medium hac occaſione proferre ſit integrum. Hunc ergo laborem ſuſcipiens, potentiſſimum Divini Numinis auxilium, ut omnia ad æternam ſui Nominis Gloriam publicamque utilitatem dirigat, ardenter imploro.

## SECTIO I.

### Generalem Thematis Tractationem continens.

§. 1.

PArentum nomine Aſcendentes, non tantum primi, ſed & ſecundi Gradus, nobis hîc veniunt, *conf. L. 51. π. de V. S.* quorum conſenſus, utut omnes Patria Poteſtate non polleant, *conf. L. 2. junct. L. 25. π. de R. N.* ſaltem jure hodierno ad nuptias liberorum deſideratur, *vid.* Märckiſ. *renovirte Conſtit.* von Eheſachen *§. 7.* Chur-Brandenb. *Conſiſt.* Ordnung *Tit. 33. §.* Weil auch. *& Tit. 59. Carpz. Juriſpr. Conſiſt. Libr. II. def. 44. 45.* Imo Parentibus in præſenti jungendæ perſonæ aliæ, ſine quarum Conſenſu Nuptiæ hodie contrahi nequeunt, nempe alicubi Propinqui Tutores & Curatores, *vid. renovirte Conſtit.* von Eheſachen *d. §. 7. & Conſiſt.* Ordnung *dd. ll conf. L. 1. C de Nupt. Carpz. d. l. def. 46. 47.* Harum perſonarum diſſenſum, dico denegationem Conſenſus eviden-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677222-p0006-6

evidentem, cum conſentiat pater Nuptiis filiæ, qui evidenter non diſſentit, *L. 7. §. 1. de Sponſ. L. 5. C. de Nupt conf. L. 12. de Sponſ.* & tacitus Parentum Conſenſus ad Nuptias liberorum ſufficiat, *Carpz. d. l. def. 42.* Nuptiarum vero dum mentionem facio, non excludo tamen Sponſalia; nam & ad hæc, & ad illas, Parentum requiritur Conſenſus, *d. L. 7. §. 1. de Sponſ. Dd. de clandeſtinis Sponſalibus agentes;* ſive, diſſenſus Parentum aut ſimilium perſonarum, tum â Sponſalibus, tum â Nuptiis Liberorum Curandorumve &c. hîc ſpectatur. Diſtingui autem Sponſalia, etiam de præſenti, ab ipſis Nuptiis, *Dn. Præſes Diſſert. Inaug. Altdorf. de ann. 1694.* demonſtravit, qua diſceptatum: *an conſenſus ſponſalitius â matrimoniali differat?* Add. conſentientes *Rhet. Meditat. ad Inſtit. Diſſert. 5. §. 4. Dn. Stryk. de diſſenſ. Sponſ. Sect. 4. §. 7. Hammer. diſp. Altd. de an. 1674. de Conſenſu Conjug. §. 33. ſeq.* ibique allegatos *Rittershuſ. Gerhard. Tubingenſes & Menzer. Dn. Tit.* Probe des Teutſchen geiſtl. Rechts *L. IV. c. 1. §. 9. ſeqq.*

§. 2.

Cauſæ ejusmodi diſſenſus, videlicet impellentes ſeu moventes, injuſtæ ſæpe exiſtunt, h. e. â Legibus improbantur aut iis non conveniunt, *conf. L. 29. π. d. LL.* Quare evidens eſt, Leges eſſe perquirendas, quibus repugnant cauſæ, Parentes ſimilesve perſonas ad ſæpe memoratum Diſſenſum permoventes. Sicut vero fundamentalis Jurium Scientia maximam partem oritur ex Separatione Jurium naturalium, tum à divinis poſitivis, utut forte omnes homines hodieque obligantibus, tum ab humanis; confuſa enim notitia Jurium, quorum limites non gnaviter notantur, non eſſe non poteſt, (unde Vir ſummus, *Hugo Grot. de Jur. Bell. & Pac. præfat. §. 30.* artis for-

 mam

mam Jurisprudentiæ imponi poſſe recte negavit, niſi ea, quæ ex conſtituto veniunt, â Naturalibus ſeparentur, *add. omnino Dn. Præſ. oration. ſubject. ſpecimini Comp. Jur. p. 169. ſeqq.*) Ita etiam impræſentiarum de Cauſis injuſtis Diſſenſus dicti agentes, ante omnia ſollicitos eſſe oportet, quid eatenus juris ſit naturalis, quid poſitivi.

§. 3.

Non tamen hujus loci aut inſtituti eſt disquiſitio, an & quatenus Parentum ſimiliumve Perſonarum Conſenſus ad Nuptias Liberorum vel Curandorum &c. de Jure Naturali, Civili, Canonico & hodierno requiratur? an & quo Jure Liberorum Nuptiæ, iſto Conſenſu Parentum præcedente, aut per ratihabitionem accedente, ſint validæ, deficiente eo ſint nullæ? qvis qvolibet jure ſit effectus juſtarum Cauſarum Diſſenſus Parentum in Liberorum nuptiis, & qvæ ipſæ ſint hæ juſtæ cauſæ? Conſulere hac de re inter alios juvabit *Grot. de Jur. B. & P. L. 2. c. 5. §. 10. & Commentatores ad eum locum, Pufènd. de Jur. Nat. & Gent. L. VI. c. 2. §. 14. Dn. Thomaſ. Inſt. Jurispr. Div. L. III. c. 4. §. 76. ſeqq. & Diſſert. Lipſ. de validit. conjug. invit. Parent. contract. §. 15. ſeqq. Carpz. Jurispr. Conſiſt. L. 2. def. 38. ſeqq. Brückner. Deciſ. matrim. p. 1. c. 2. n. 19. ſeqq. Dn. Stryk. de diſſenſ. Sponſ. Sect. 4. §. 30. 32. 33 & ſect. 5. §. 41. 42. Hammer. diſp. Altd. de conſenſ. Conjug. de ann. 1674. §. 24. ſeqq & Dd. Juris Civilis ac Canonici de Sponſalibus ac matrimonio agentes, v. g. Huber. prælect. ad Tit. Inſt. de Nupt. §. 9. 10. 11. & ad tit. π. de R. N. §. 4. ſeqq.* Potius tractationi præſentis Thematis ſatisfiet, ſi ſupponatur, quacunque demum, ſive Divina, ſive humana Lege, requiri Conſenſum Parentum ſimiliumve perſonarum ad

Nuptias Liberorum Curandorumve &c. nec adeo effectu deſtitui Diſſenſum eorum, juſtis cauſis originem debentem, ſed illo remoram injici Liberorum Nuptiis. Hoc ſuppoſito, utique de injuſtis cauſis ejusmodi diſſenſus, tum ex Jure Naturali, tum ex alio, judicium ferri, h. e. inveſtigari poteſt, qvænam cauſæ diſſenſus iſtius Parentum rejiciantur aut improbentur â LL. naturalibus, aut poſitivis, & quis earum Cauſarum prætenſarum aut ſaltem præſentium ſit effectus. Sane nec juſtas cauſas hîc conſiderandas diſtinctius ſuſcipimus, quanquam vi Oppoſitionis, ex natura injuſtarum, de iis conſtare queat, *conf. Cothmann. vol. 1. Reſp. 1. num. 244. -- 254. & poſt eum Brückner. deciſ. matrimon. p. 1. c. 2. n. 134.* qui juſtas & ſufficientes cauſas diſſenſus ejusmodi Parentum, ex profeſſo referunt.

§. 4.

Ex Jure Naturali non poteſt non injuſta Cauſa Diſſenſus Parentum ſæpe laudati ſtatui, ſi Conjugium probabiliter non ingratum Divino Numini & non infelix futurum Parentes aperte nolint ex mero affectu aut avaritiæ, aut ſuperbiæ, aut voluptatis, (quæ forte offenditur, commoda & jucunda liberorum converſatione cum Parentibus, per nuptias ipſorum impedita,) aut odii, forte ſpecialius erga hunc procū improbe concepti, Amorisve erga alium quendam liberorum procum citra rationem ardentis. Si porro erronee ſupponant Parentes cauſas Diſſenſus adeſſe, qvæ juſtæ eſſe poſſent, matrimonium verò ſimiliter Deo acceptum & non infauſtum futurum videatur, tunc etiam, ſi non injuſtas, ſaltem nullas cauſas diſſenſus aperte occurrere, quis ibit inficias?

cias? nam ſaltem ex nulla cauſa disſentit, qui ex erronee ſuppoſita juſta cauſa disſenſum declarat, ſimilisque omnino injuſta de cauſa disſentienti eſt disſentiens ex nulla cauſa, cum uterque citra rationem & adeo male disſentiat. Quanquam enim ad pravum affectum reduci Diſſenſus cauſa non nequeat, ſi errore per rationes claras impugnato, de eo convicti Parentes, diſſentire perſeverent: dantur tamen etiam mortales, qvibus tam imbecillis intellectus ac judicii vis contigit, ut demonſtrationibus, quibus error aliquis impugnatur, percipiendis ſint inepti, adeoque errorem non deponentes, matrimonia liberorum averſentur ex cauſa revera nulla, utut juſtam disſenſus cauſam ſibi eſſe ſentiant.

§. 5.

Juris Naturæ nempe præceptum eſt, hominum libertatem non conſtringere citra ſolidam rationem. Multo minus aliis indulget Legislator Divinus, quatenus ejus voluntas ex natura rerum cognoſci poteſt, ut matrimonia probabiliter ipſi grata & non infauſta futura, contra Amorem Proximi (quam Socialitatem dicere par eſt,) nolint illi, qui commoda liberorum aliorumve potius promovere tenentur, quam iis impedimento eſſe, aut ſaltem ea averſari. Quid? quod Deo gratum Statum nolle, ejus æſtimio neutiquam congruat. Inſuper indulgere frena affectibus voluptatis, ſuperbiæ, avaritiæ, & odii, ex eisq; oriundum diſſenſum in foro humano ſimpliciter approbare, licet ad mala tendat, (v. g. ad impedimentum aut deteſtationem matrimonii alias legibus non improbati,) quid eſſet aliud, ac turbulentis motibus animorum, qui non poſſunt non Rerumpubl. ac œconomicorum

corum ſtatuum tranquillitatem & ſalutem multum turbare, calcar injuſtisſime addere? Ex errore etiam, ejusmodi laudabili matrimonio ſuum Diſſenſum opponens, non poteſt non actionem materialiter (ſeu in ſe, quatenus eſt actio,) malam ſuſcipere, eique adeo actioni effectum, impediendi forte matrimonii, concedere, eſſet ob errorem alterius peccare, h. e. impedimentum matrimonii, permittere, quod non impediendum, ſed promovendum eſſe apparet: utut ſimul negandum non ſit, quod formaliter (quoad perſonam agentis) ſpectata actio non ſit mala, quæ ex errore ſimpliciter invincibili ſuſcipitur, *conf. Dd. Juris Nat. & Moraliſtas de Conſcientia erronea agentes.*

§. 6.

Non ſolum autem qualitas Conjugii in conſiderationem hîc venit, quam intuentes requiſivimus, ut diſſentiant Parentes â conjugio Liberorum, quod probabiliter Deo gratum nec infauſtum futurum; ſed etiam origo diſſenſus, ſcilicet ex malo quodam affectu aut ex errore propullulantis, inquirenda. Illam tamē qualitatem præ hac Origine reſpici par eſt. Si enim matrimonio liberorum, quod evidenter aut probabiliter infelix ſequetur exitus, Deique voluntati non conveniet, conſentire renuant Parentes, utut affectu pravo ad diſſenſum impulſi; tunc nihilominus injuſtæ diſſenſus Parentum cauſæ male allegarentur, ſed potius ejusmodi conjugium non permittendum, idque non ob affectum irrationabilem, quo Parentes abripiuntur, ſed eam ob rationem, quod diſſenſus Parentum ad id forte impediendum tendat, quod eo etiam abſente merito impediendum foret. Si contra probabiliter prævideatur aliquod matrimonium Deo mi-

nus arriſurum infortunatumque futurum, tunc oportet omnino, illud impedire conantem aut ſaltem deteſtantem, vel errore occæcari, vel affectui pejori morem gerere.

§. 7.

Cæterum ſufficientem diſſenſus parentum circa liberorum nuptias cauſam, utut aliqua allegetur, ſæpe deeſſe evidens eſt: quo caſu nec absque errore aut affectu malo diſſenſus iſte orietur, quoniam cauſam minus ſufficientem diſſentiendi adducens tanquam ſufficientem, neceſſario aut errore ducitur, aut malo animi regitur affectu. Nec caſus exiſtet, quo parentes citra ſuppoſitionem omnis omnino cauſæ diſſentiant. Nam licet non raro contingat, ut illi nullas diſſenſus ſui cauſas proferant, verentes forte, avaritiam, ſuperbiam, voluptatem odiumque improbum, tanquam fundamenta disſenſus, aperte profiteri: attamen non deſunt, ſi rem intimius ſcrutemur, vel error, vel affectus, disſenſum eum producentes; ſiquidem fieri nequit, ut ab eo, qui ab ejusmodi Affectibus aut Erroribus plane liber eſt, disſenſu evidente improbetur matrimonium quoddam, quod approbari meretur. Potius iſtorum affectuum aut errorum abdita perquirere, Prudentiæ eſt Judicis, aut, ſi id fieri facile nequeat, ſimulque matrimonium non ingratum Numini nec infelix futurum videatur, Parentes nullas cauſas disſentiendi proponentes, recte habentur pro permotis ad disſentiendum â cauſis injuſtis; juſtas enim ſi haberent, cur eas allegare ſubterfugerent? Recte ergo capiendi, qui de nullis cauſis disſenſus parentum loqui ſolent, vid.

v. g.

v. g. *Carpz. Juriſpr. Conſiſt. L. 2. def. 53. ibi: ſi cauſam diſſenſus nullam; & n. 2. ibi: ſi nullam vel non juſtam cauſam prætendant.* Scilicet id tantum innuunt Ddres, ab iis nonnunquam nullas cauſas allegari. Id interim ex dictis conſtat, ſœpe nullam revera ſubeſſe cauſam, ubi Parentes juſtam adeſſe, quæ tamen deficit, erronee ſupponunt.

§. 8.

Ab his ex liquido Juris Naturalis Fonte derivatis non abit Jus Divinum poſitivum univerſale, omnes homines hodieque obſtringens, (utpote quod à Jure naturali differre notisſimum, *vid. Dn. Præſ. Specim. Comp. Jur. Exercit. 2. pag. 30. 31. ibique allegatos.*) Nihil enim Divina Revelatione peculiari traditum, quod hac in parte à Jure naturali diſcrepet. Unde etiam *Lutherus tom. 5. Jenenſ. German. Libr. de cauſ. matrim. fol. 254.* traditis noſtris convenientisſime pronunciat: Ehe ich wolte ſolchen bäuriſchen Muthwillen in Väterlicher Macht leiden von ſolchen groben Kuntzen/ (welche ihre Kinder von der Ehe zwingen) wolte ich lieber ꝛc. Denn Väterliche Macht iſt den Eltern von GOtt gegeben nicht zum Muthwillen/ noch zum Schaden der Kinder/ ſondern dieſelbe zu fördern und zu helffen/ und wer der Väterlichen Macht anders brauchet/ der verleurt ſie damit/ und ſoll nicht Vater/ ſondern Feind und Verderber ſeiner eigenen Kinder geachtet werden. Add. *omnino Bechmann. Theol. Conſcient. tit. de Conjug. caſ. 9. §. 17. 18.* Similiter *Gerhardus loc. de Conjug. §. 89. ſane,* inquit, *ſi appareat, Parentes jure patriæ poteſtatis abuti, & ob privatum oeconomiæ commodum, nuptiis Liberorum obſiſtere, cogi posſunt,* &c.

Et apud *Dedekenn. Conſ. Theol. vol. 3. Libr. 2. ſect. 4. n. 12.* expreſſe habetur: Es verurſachet auch offt der eigen Nutz bey Vormündern und Freunden ſolche unchriſtliche Händel in EheSachen/ inque præcedentibus de iis ſermo eſt, welche die ihrigen wieder ihre Pflicht wißentlich verſäumen.

§. 9.

Jus Civile Patris Diſſenſus injuſti mentionem facit, dum injuria (h. e. ſine probabili ratione, vid. *Brunn. ad L. ult. C. de dot. promiſſ. n. 3.*) Patrem prohibere aliquando liberos à matrimonio, in *L. 19. π. de R. N.* proponitur, ſi nempe liberis, qui ad perfectam ætatem pervenere, vel non quærat occaſionem conjugii ineundi, vel occaſionem ejus commodam nolit; *conf. Dn. Stryk. ad Brunn. Jus Eccleſ. L. 2. c. 16. §. 5. verb. cauſas ſui diſſenſus exprimere,* ubi de Jure Romano regulariter nulla ipſo Jure eſſe ſponſalia, Patris conſenſu carentia, ob vim Patriæ Poteſtatis, citra rationis alterius inquiſitionem, ſtatuit. Utut vero in textu dicto non exprimatur, quando injuriâ ſive injuſta ex cauſa Pater diſſentiat; attamen clarum eſt, arbitrio Judicis determinandum relinqui, quod Lege non determinatum, *L. 1. §. f. ff. de Jur. delib:* quomodo etiam in Caſu nuptiarum Puellarum, Tutore, & Matre, & Propinquis inter ſe non convenientibus, arbitrium Præſidis Provinciæ, *L. 1. C. d. nupt.* nec non alia emancipata filia, eaque adhuc minorenne, à Patre, aut eo mortuo, â Matre & Propinquis, in nuptiarum negotio, & quoad ortum inter honeſtos Competitores matrimonii Certamen, diſſentiente, judiciaria cognitio expreſſe admittitur, *L.*

18. *L.*

*18. L. 20. C. de nupt. conf. Brunn. ad utramque Legem, Huber. Prælect. ad Inſtit. tit. de nupt. §. 11. & ad π. tit. de R. N. §. 8.* imo ſi invita detineatur Uxor â ſuis parentibus, Rectoris Provinciæ interpellationi, adeoque omnino ejus arbitrio locus eſt, *L. 11. C. de nupt.* Non alia autem potior arbitrii Judicis norma, quam jus ſeu æquitas naturalis, (quæ ubique, maxime vero in Jure, ſpectanda, *L. 90. π. d. R. J. L. 183. π. eod. tit.* ideoque â Prætore inprimis conſiderata fuit, ceu dupondiis notum, *conf. L. 7. §. 1. de J. & J.*) cui JCti Chriſtiani omnino jungere tenentur Jus aliud Divinum poſitivum hodieque obtinens. Ex his igitur fluit, quod etiam non refragante Jure Civili, in injuſtis cauſis diſſenſus Parentum circa liberorum nuptias examinandis, præmiſſorum Jurium Naturalium ratio haberi poſſit; præſertim, cum eorum etiam veſtigia appareant in ipſo Jure Romano. Recte enim colligas *ex l. 5. π. de L. Pomp. de Parricid.* quod de Jure Civili injuſtæ cauſæ diſſenſus paterni ſint ſtatuendæ, quæ pietati Patris averſantur, (cum Patria Poteſtas in pietate, non in atrocitate conſiſtere debeat,) quæ publicæ nuptiarum utilitati (h. e. nuptiis promovendis) obſtant, L. 12. §. 3. *de captiv. & poſtlim. reverſ.* & quæ bene concordantia matrimonia, citra magnam & juſtam cauſam, turbant, *L. 1. §. 5. de liber. exhibend. conf. L. 5. C. d. repud.* (de quibus legibus *explicandis jung. Huber. digreſſ. p. 2. L. 1. c. 15. 16. 18. & Dn. Thomas. Diſſert. de validit. conjug. invit. Parent. contract. §. 18.*) Recte nempe argumentum â cauſis divortii Jure patriæ Poteſtatis ſuſcipiendi, trahitur ad cauſas nuptiarum impediendarum, licetque ea ratio-

ne â majore ad minus, ſcilicet â divortii cauſis ad impediendas nuptias, recte concludere.

§. 10.

Cum Jure Canonum nîl peculiare hac in parte reperiatur proditum, ad Conſtitutiones matrimoniales & Mores hodiernos pedem proferimus. Nota *Ordinatio. Sax. Elector. Eccleſ. Rubr.* von Ehe-Sachen *tit. ſpecial.* von Ehe-Gelöbniß. §. dagegen aber/ ubi diſponitur, daß die Eltern ihre Kinder ohne gnugſahme erhebliche Uhrſachen an der Heyrath nicht hindern/ ſonſten aber die Sache bey den Conſiſtoriis geſucht/ und daſelbſt nach Billigkeit entſchieden werden ſollen; quæ Sanctio repetitur *in Ordinat. matrim. de ann. 1624. punct. 1.* §. dagegen aber. Pariter die Churbrand. *Conſiſt. Ord. Tit. 33.* §. wir wollen aber &c. conſtituit, daß die Eltern/ Freunde und Vormünder die Kinder über die Gebühr nicht zu lange aufhalten 2c. und die/ denen ſolches begegnet/ des Conſiſtorii Rath ſuchen ſollen. Prolixior verò eſt die renovirte Conſtit. von Eheſachen/ utpote quæ damnat §. 2. unnöhtige Verzögerung in ehrlicher Verſorgung der Kinder/ ſo ihr rechtmäßiges und mannbahres Alter erreichet; exigit §. 3., Daß die Eltern ohne gnugſahme erhebliche Uhrſachen die Kinder in Heyrathen nicht hinderu ſollen/ unter welche Uhrſachen aber Armuth oder ungleicher Standt uud Herkommen nicht eben ſimpliciter, und wenn nicht auch andere wichtige Uhrſachen ihres Diſſenſus verhanden/ mit zu referiren ſeyn; conſtituit §. 4., Daß die Sache allenfalß beym Conſiſtorio geſucht/ und daſelbſt nach Billigkeit vergliechen oder entſchieden werden ſolle; adde omninò inter alia §. 7. ibi: Jedoch ſofern ſie (Eltern oder



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677222-p0016-1

der Vormünder ) rechtmäßige Uhrſachen in Caſu diſſenſus haben; & §. 10. ibi: Gleichwohl aber keine gnugſahme / noch erhebliche Uhrſache ihres diſſenſus halber vorzuwenden und beyzubringen vermöchten ꝛc. Profecto non poteſt non Conſtitutio Eccleſiaſtica, quæ tum generatim cauſas diſſenſus paterni juſtas aut injuſtas, itemque ſufficientes aut inſufficientes, tum ipſam æquitatem expreſſe memorat, ad arbitrium Judicis, determinationem cauſarum injuſtarum tacite remittere; quod arbitrium vero ſecundum dictamen æquitatis naturalis à nobis modo expoſitum, ut dictum, dirigi debet, præſertim cum mentio æquitatis in Conſtitutione injecta, & exempla cauſarum injuſtarum à Paupertate aut ſtatus diverſitate petita, aliud omnino non admittant.

§. 11.

Conſpirat etiam amice cum propoſitis, Praxis Conſiſtoriorum, utpote de *qua Meo: part. 8. dec. 122. n. 10.* pronunciat, *multum relictum eſſe Judicum arbitrio, ut expenſis cauſis, ſtatuant, juſte & ex ratione, necne, Parentes diſſentiant.* Brunnemannus vero nobiscum apertius facit *de Jur. Eccleſ. L. 2. c. 16. §. 5.* dum ſæpe Patres vel Parentes ex mera protervia, faſtu, & ſuperbia, ac avaritia conſenſum denegare tradit, ex quo oriantur tragica exempla, &c. ſi nempe filius diſſenſum patris cognoſcens nolit deſiſtere â ſponſalibus, nimio forte amore captus, ut *Dn. Stryk ad Brunn: d. l. verb. oriuntur tragica exempla,* explicat. Porrò Brückner. *deciſ. matrim. d. p. 1. c. 2. n. 134.* ex *Cothmanno* juſtas diſſenſus parentum circa liberorum nuptias cauſas recenſens, quid aliud, quam ſpecialia ex principiis â nobis

nobis allatis deducta, in medium affert? dum proci vitæ inhoneſtæ aut facinoroſi, &c. dum liberorum ad matrimonium contrahendum moraliter nondum aptorum, aut amore temerario quaſi occæcatorum, cumque iis matrimonium inire volentium, cum quibus neque Cœlum, neque Terram ædificaturi ſint; dum ſuſpicionis, quod ſub prætextu matrimonii, bonis Sponſæ ejusve Parentum â proco inhietur; dum proci vel liberorum invaletudinis; dum denique metuendorum difficilium partuum, vel alias infauſti conjugii meminit. Eodem modo *Carpzovius Jurispr. Conſiſt. L. 2. def. 52. n. 5. 6. 9. 10. def. 53. n. 3. 4. def. 55. n. 1. 2. def. 62. n. 13. 15.* præter moroſitatem durorum aut oneroſorum avaritiamve Parentum, qui tamen maturo conſilio liberis de honeſto matrimonio proſpicere deberent, *Exod. 34. v. 16. Deuter. 7. v. 3. Jerem. 29. v. 6. Eccleſ. 7. v. 27. L. 22. §. ult. ad L. Jul. d. adult.* etiam favorem matrimonii, (quod Eccleſiæ Chriſti in his terris propagandæ ac Reip. augendæ ſervandæque eſt neceſſarium, & cujus adeo omnis occaſio liberis â Parentibus improbis non præcidenda,) nec non juſta, honeſta, & ea, quæ bonæ famæ ſunt, cogitanda ac facienda optime urget. Imò *d. l. def. 62.* in diſquiſitione cauſarum diſſenſus paterni, arbitrio Judicis, ex circumſtantiis informando, rem omnem ſecundum Jus Divinum & Eccleſiaſticum decidendam relinquit, vid. *n. 2.* atque in cauſis diſſenſus paterni juſtis *n. 3. ſeqq.* referendis, eadem fere, quæ *Brücknerus*, in medium affert, denique paupertatem Sponſi vel Sponſæ, ejusque, qui nuptias nobilis appetit, plebejum ſtatum, injuſtis cauſis annumerat *d. l. def. 55. 56.* De qua tamen de-

fini-

finit. 56. non poſſumus non obiter notare, quod *ibid. n. 2.* obſcurius rem proponat, quando arbitrium judicis in cognitione cauſarum juſtarum diſſenſus paterni ita dirigendum eſſe cenſet, ut defectus Requiſiti alicujus ſubſtantialis cauſam juſtam diſſenſus faciat, ſecus vero ſit, ſi accidentale impedimentum proferatur. Certe ſi eſſentialia & accidentalia Matrimonii (in ſe & ſimpliciter ſpectati) requiſita hîc attendenda eſſe autumat JCtorum Saxonicorum Princeps, cui non patet, injuſtas Cauſas, hac ſtante hypotheſi, plures futuras eſſe, quæ juſtarum tamen computum meritò augent? ad eſſentiam enim matrimonii non pertinet, procum non eſſe vitæ inhoneſtæ, aut facinoroſum, eum non inhiare bonis parentum &c.

§. 12.

Non ergo dubitavit Ordo JCtorum Altdorfinorum Ann. 1704. Menſ. Nov. de caſu injuſtarum cauſarum, quæ Patrem quendam ad diſſentiendum a Sponſalibus filiæ impulerant, rationibus decidendi ſequentia inſerere: die Acta legen deutlich vor Augen / daß N. den V. zum Eidam hauptſächlich darum nicht haben wolle / weil er ihm nicht reich genug iſt / und ein reicherer Ehewerber zu ſeiner Tochter ſich annoch / ſeiner Hoffnung nach / wohl finden dörffte. Dieſe Urſache des verweigerten Väterlichen Conſenſus, wie ſie auff einen Geld-Geitz ſich offenbahr gründet / ſo bey N. als einem gar alten und Kauffmanne / nicht zu verwundern iſt; auch das Mißtrauen in Göttliche Vorſorge und Seegen / ſo V. in der Ehe hoffet / importiret: Alſo iſt ſolche Geld-Begierde auch mit einem Haße und Verachtung der Gelehrten / weil ſie nicht ſo leichte und ſo viel / als Kauffleute / zu erwerben oder zu gewinnen

nen pflegen / ingleichen mit einem Hochmuth und Rach-Begierde / oder gar mit einer Unverſöhnlichkeit vergeſellſchafftet / indem nemlich N. übel empfindet / daß theils V. einige Zeit mit ſeiner Tochter converſiret / ehe er um ſeinen Conſens in die Heyrath mit derſelben / angeſprochen worden / theils daß V. ſolche Anſprechung nicht ſelbſten gethan / ſondern durch andere verrichten laſſen ꝛc. welche Neben-Paſſiones jedoch ſich nicht ſonderlich regen dörfften / daferne nur dem an ſich ſelbſten ſehr hartnäckigtem Haupt-Affect des Geld-Geitzes durch dieſe Heyrath nicht zu nahe getreten würde ꝛc. Dieſe Affecten nun bey denegirung des väterlichen Conſenſus, auff die ſündlichſte Art die Ober-Hand in ſeinem Gemüthe gewinnen zu laſſen / läuffet klährlich auff einen abuſum Patriæ Poteſtatis hinaus / welcher ſonſten von den Theologis und JCtis in der Materia Conſenſus Patris ad Nuptias Liberorum requiſiti, ſo ſehr verworffen und mißgebilliget wird: Und würde man ſich gleicher Sünde theilhafftig machen / wenn man dieſen böſen Affecten durch einen ihnen gebenden Beyfall velificiren oder patrociniren wolte / da vielmehr der Geitz in der H. Schrifft als eine Wurtzel alles Ubels abgemahlet wird ꝛc.

§. 13.

His perſpectis deducimur ad perpendenda Conſequentia Cauſas injuſtas diſſenſus Parentum â nuptiis Liberorum. Potiſſimum de Jure N. eas conſequitur libera liberorum facultas, non attento diſſenſu iſto, nuptias contrahendi; Cur enim, quod injuſtum eſt, impediret peragi illud, quod Juri convenit? Quare nec ejusmòdi Nuptiæ, injuſtæ aut caſſandæ reputabuntur, nec ſponſalia erunt clandeſtina, ceſſabitque omnis pœ-

na

na denegationis dotis &c. (ad quam dotem potius conſtituendam tali caſu â Magiſtratu cogitur parens, conf. *L. 19. ff. de Rit. Nupt.*) carceris, exheredationis in ſolidum, aut pro parte, emigrationis &c. qualibus modis coërceri alias liberos, poſt contracta absq; parentum conſenſu ſponſalia, copulam carnalem admittentes, aut ſacerdotalem adhibentes, non manentibus etiam impunibus Teſtibus clandeſtinorum ſponſaliorum Copulantibusq; ejusmodi liberos Parochis, juris hinc inde vigentis eſt, vid. die renovirte Conſtitution von Verlöbnüß und Ehe Sachen / §. 9. ubi regula, (exceptionibus ſalvis, quas intereſt etiam caſus §phi 10.) proponitur: Daß den Eltern ihr conſenſus von den Kindern auch per concubitum vel per benedictionem ſacerdotalem keines weges abgezwungen werden ſolle / & §. 14. 15. 16. *jung.* §. 7. Chur Brandenb. *Conſiſtorial*-Ordnung *tit.* 59. §. Und weil / & *Viſitations*-Ordnung *tit.* 33. §. weil auch der Eheſtand ꝛc. *add. de Jur. Sax. Elect. Ordinat. Eccleſiaſt. tit. gen.* von Ehe Sachen *ſpec.* von Ehe-Gelöbnüſſen §. würden / & §. Da ſie / *it. Carpz. Juriſpr. Conſiſt. Libr. 2. def.* 54. 60. *conf. N.* 115. *c.* 3. §. 11.

§. 14.

Ut verò hîc legitimè procedatur, nec liberi, ſpreto diſſenſu parentum, utut nullam juſtam cauſam diſſentiendi habentium, ad nuptias conſummandas malè properent, ſequentia probè notanda veniunt. Nimirum, ſicut ob Legem omnium Civitatum fundamentalem, ad curam Magiſtratus, cui etiam Jus naturæ cognitum parere jubet, omnino pertinet, de controverſiis ſubditorum cognoſcere, easque dirimere, præſertim ſi litigia ita ſint comparata, ut illorum occaſione, publicæ rei aliquod damnum aut periculum im-

minere valeat; Contra vero hominibus extra Civitatem degentibus integrum eſt, tum proprio arbitrio illa expedire, quæ ipſi licere ſibi recte putant, tum viribus propriis ſibi aſſerere, quæ jure ſibi competere non male exiſtimant: Ita etiam liberi, ſi nulli ſubſint Imperanti humano, non expectato ullo alieno arbitrio aut decreto, ſi vero in Civitate quadam vivant, non ſine Magiſtratus auctoritate, Nuptias celebrare poterunt, caſu eo ſe offerente, quem præ manibus habemus; cum â Contentione Parentum & Liberorum, de Nuptiis concedendis ac celebrandis diſputantium, varia mala integris Familiis atq; Rebuspubl. non absq; ratione metuantur. Dicimus de liberis, qui vel nulli ſubſũt Imperanti humano, vel in Civitate quadam vivunt. Licet enim filius patris, qui nulli Imperanti humano ſubjicitur, Patri, tanquam educatori, vel tanquam capiti familiæ, eo adhuc ſubeſſe queat tempore, quo de ſponſalibus vel de nuptiis cogitat; Attamen quemadmodum haud raro contingit, ut liberi conjugium inituri, parenti neutro amplius obligentur reſpectu: ita quid impedit, filium, juri familiæ Patris, cui tanquam Capiti hactenus ſuberat, æque renunciare, atque Civi jus Civitatis reſignare fas eſt? *conf. Stryk. diſſ. Hallenſ. de Ann. 1699. de Reſignat. Jur. Civitat.* ac adeo, cur ille, appetens nuptias, quibus parentes injuſtis ex cauſis contradicunt, Patris relinquere non valeret familiam, quæ etiam plerumque gaudet deſeri nuptiis â liberis contractis? Quis dicat, liberos, ſponſalia Deo probabiliter non ingrata, & non infelix matrimonium promittentia, quæ tamen Parentes injuſtas ob cauſas nolunt, molientes, educatione parentum adhuc indigere, vel ſibi ipſis hac in parte proſpicere nequire, &

idcirco

idcirco illos ad colendam parentis, tanquam educatoris, poteſtatem, (quæ naturaliter ſe non extendit ultra illa, in quibus educandi ſibi ipſis proſpicere nequeunt,) adhuc obligari? Cui addas, quod reverentia, quæ â liberis, vel ob gratum animum declarandum, debetur parentibus, qui onus educationis eorum ſustinuere, nec tunc exhibenda iis veniat de Jure Naturali, quando injuſtis ex cauſis â nuptiis vel ſponſalibus liberorum diſſentiunt, cum iſtam reverentiam Jura Naturæ tantum exigant, quoties commoda ſe exerit occaſio, & absque proprio incommodo liberorum ipſi locus eſſe valet; qualia vero ſuppoſita, thema diſſertationis præſentis reſpuere liquet; *conf. Olear. diſſ. Lipſ. de An. 1695. disquirentem: An liberis extra periculum conſtitutis pro vita parentum mortem oppetere liceat? ſect. 1. §. 11. ibique allegatos, & ejusdem diſput. Lipſ. de Ann. 1696. de quæſtione morali: An liberis, contra parentes, injuſtos vitæ eorum aggreſſores, cum parentum morte ſe defendere liceat? §. 9. & paſſim §§. ſeqq.* Quare apparet, tantum de liberis, qui vel Imperanti parent in Civitate quadam, vel nulli Imperanti humano ſubſunt, nobis hîc ſermonem eſſe poſſe; quanquam ſimul non eundum ſit inficias, liberos ſæpe Parentibus, tanquam Imperantibus, in quadam Civitate, vel inſtar Civitatis, ſubjici, eodemque jure, parentum intuitu, tunc uti, quo utuntur ſubditi reſpectu alius Magiſtratus; cui injuſtis de cauſis aliquid liciti ac boni (v. g. matrimonium) prohibenti, aut nolenti, an & quousque parendum ſit, ne nimis prolixi divagemur, nunc non diſcutimus, utpote Parentes, tanquam Parentes, non vero tanquam Imperantes, hîc reſpicientes.

§. 15.

Poſtquam ergo liberi conſenſum parentum, ante nuptias, imo & ſponſalia pure celebrata, (ſub conditione enim paterni conſenſus ſubſecuturi, eadem celebrare cur non poſſent?) debite rogârunt, ad hunc vero parentes nullo ſe commoveri paſſi ſunt modo, & ideo in Civitate quadam, (ad hanc enim inprimis oculos nos convertere juvat,) vel per parentes, vel per liberos, ita ab invicem diſſentientes, delata eſt ad magiſtratum cauſa; parentes obſtricti erunt de Jure naturali & praxi communi, pertinacis ſui diſſenſus cauſas judicialiter exponere; vid. die *renovirte Conſtitution* von Verlöbnüß und Ehe-Sachen *ſupra allegatis §§. 3. 4. 5. 10. collat. Viſitations*-Ordnung *tit. 33. §.* Wir wollen aber ꝛc. *Rhet. diſſ. 5. ad Inſtit. poſit. 7. Judic. Conſiſt. Witteberg. apud Dedekenn. Conſil. Theol. Vol. 3. Libr. 2. Sect. 4. n. 35.* ibi. da auch die Jungfrau ꝛc. den Vater mitlerweil umb ſeine Bewilligung in Kindlicher Demuth erſucht oder noch erſuchen ließe/ ſo wäre auch der Vater ſeines nicht wollens beſtändige und zurecht genugſame erhebliche Urſachen/ damit er denn billig gehöret/ darzuthun ſchuldig. Et hîc quidem aliquando Prudentiæ eſt, ne actioni injuriarum ſe incautus exponat pater, eum rationes ſui diſſenſus ſecreto Judici Conſiſtoriali in aures inſinuare, quo de cauſa non notoria etiam ſecretò inquirat, *Brunn. Jur. Eccleſ. l. 2. c 16. §. 5. ibiq; Stryk. verb. cauſas ſui diſſenſus &c.* Si jam, Compoſitione amicabili inter haſce perſonas fruſtra tentata, urgentes illæ cauſæ diſſenſus non deprehendantur, autoritate Superioris ſuſtinentur ſponſalia, ac Judex parentes temere diſſentientes pro conſentientibus declarare valet, & contrahenda conſum̃andaq; Sponſalia Nuptiasq;

ptiasque indulgere, *Rhet. & Judic. Conſiſt. Witteberg. apud Dedekenn. dd. ll.* ſive, ut ajunt, ſupplere eorum conſenſum, aut vice ipſorum conſentire; quanquam ad Nuptias liberorum, Conſenſus parentum, qui injuſtas ob rationes diſſentiunt, proprie non deſideretur, nec adeo eundem ſuppleri opus ſit, nec tunc Magiſtratum, vices Parentum ſubire evidens ſit, dum proprio Jure ea expedire valet ob publicam utilitatem, quæ privati peragere poſſunt; *conf. ſupra laudat. L. Divus, 5. de L. Pompon. de Parricid. & L. 19. ff. de Rit. Nupt. ibiq; Brunn.* die *renovirte Conſtitution* von Verlöbnüß und Ehe-Sachen *§. 4. 10. junct. §. 5. Carpzov. Jurispr. Conſiſt. L. 2. def. 53. vid. etiam Gerhard. loc. de conjug. §. 89. 90.* Dicimus de contrahendis conſummandisq; non tantum Sponſalibus, ſed & Nuptiis; nam ſi jam Sponſalia citra parentum conſenſum, auctoritate Magiſtratus, à liberis contracta fuerint, eadem quoque Nuptias, nequaquam obſtante ejusdem diſſenſus perſeverantia, ſequi poſſe nemo ambiget, vid. die *renovirte Conſtit.* von Verlöbnüß und Ehe-Sachen/ *d. §. 4. ibi:* und dieſen Perſonen ſich mit einander zuverloben und das Verlöbnüß durch gewöhnliche *Copulation* und beywohnung zuvollenziehen verſtattet werden.

§. 16.

De incumbente Liberis ante Sponſalia puré celebrata Requiſitione paterni Conſenſus mentionem injicientes, non illud intendimus, quod eam Requiſitionem Jus Naturale præciſe & neceſſario exigat; ſed ipſam, ſicut à Prudentia, ita â Jure Nat. ( & prudentiam, & gratum animum, parentibus ob beneficia præſtita exhibendum, inculcante, ) tantum tunc præcipi exiſtimamus, quando nihil impedit. Nam v. g.

ſi

ſi caſus eveniat, ut â liberis, ob rationes ſonticas, easque forte concernentes perſonas ab iis amatas, dum illæ morbo periculoſo affliguntur &c. Nuptias accelerari multum referat, nec adeo conſenſus â Parente abſente requiri ſtatim valeat, aliud omnino dicendum eſt. Inferius vero inter ſpecialia, quæ ad *Sectionem 2.* remittimus, diſpicietur, utrum neglectus hujusmodi requiſitionis nunquam inter injuſtas cauſas diſſenſus paterni a liberorum nuptiis, ſit referendus. Cum etiam de Sponſalibus ſub Conditione ſubſecuturi paterni Conſenſus celebratis dictum fuerit, illud monere ê re erit, quod liberi, ſubſecuto patris diſſenſu, nihilominus nuptias, ſub memorata conditione promisſas, anhelantes, jure expectent, parentem ad exprimendam ſui diſſenſus cauſam compulſum iri. Utut enim aliter philoſophari videamus *Brunnem. Jur. Eccleſ. l. 2. c. 16. §. 5.* urgentem, ob defectum conditionis paterni conſenſus, (utpote qui retrahatur,) ab initio deficere conſenſum, & adeo Sponſalia eſſe nulla: Attamen quid liberos impediret, eos nova ſponſalia, vel conſentiente Magiſtratu, cum ea perſona inire, cum qua forte antea Sponſalia, ob deficientem conditionem nulla, inierant? Immo cur liberis priora ſponſalia ſub conditione allegata contrahentibus, ea mens animi eſſe non potuit, quod ſponſalia pro puris conditioque pro adimpleta habenda ſit, ſi inter ipſos parentesque, amicabili compoſitione tentata, non conveniat, hisque ſine juſta cauſa diſſentientibus, vice eorum, ceu communiter loquuntur, conſentiat Magiſtratus? Profecto eam ſententiam liberos tunc fovere colligas ex apertè ab iis prodita intentione, nuptiarum ſub ſœpe dicta conditione promiſſarum. Ceterum, ſi filius comperto diſſenſu

ſu paterno, & patre propterea agente, ipſe reſilire velit à Sponſalibus ejusmodi conditionalibus, (multo magis idem dicendũ de inſcio patre pure initis Sponſalib9,) nec matrimonium ulterius urgeat, ne forte ea ratione patrem offendat, pater neutiquam ad rationes ſui diſſenſus reddendas compellendus ſecundum *Stryk. ad Brunnem. d. l. §. 5. verb: oriuntur tragica exempla.* Sicut enim conſentire non gaudet Magiſtratus vice parentum, niſi liberos & parentes invicem conciliandi omnis ſpes evaneſcat, ſive nec liberi parentibus, nec hi illis cedere velint: Ita contra liberos, Sponſalia ſub conditione paterni conſenſus inita, hoc deficiente, male urgentur ab illis, quibuscum liberi contraxere, ſed juſta reſiliendi â Sponſalibus ejusmodi quoad liberos cauſa habetur, ſi eos unam hac in parte cum Patre ex poſtfacto amplecti ſententiam contingat; dummodo, ceu dictum, ipſe pater agat ſeu contradicat ejusmodi Sponſalibus, (filio enim ex diſſenſu patris non agentis non competit contra votum connubiale exceptio, ſecundum *Mev. part. 8. dec. 41. add. omninò ibid. dec. 122. Brückner. Deciſ. jur. matrim. p. 1. c. 2. n. 135. 136. & ſupra ſect. 1. §. 1.* de tacito parentum conſenſu ad nuptias liberorum ſufficiente propoſita:) idque clarius patebit ex iis, quæ de tentanda amicabili Compoſitione mox proferentur.

§. 17.

Nimirũ ut amicabilis Compoſitio (cujus tentandæ, & Parentũ ad Conſenſum nullo modo ſe commoveri patientium, ſimiliter antea meminimus,) tandem obtineatur, & ante aditum Magiſtratum, & eo implorato, tum ante, tum poſt examen Cauſarum, quas diſſentientes Parentes proferunt, imo & ante Sententiam de iisdem contra Parentes pronunciandam, omnibus

D con-

contendendum eſt viribus. Hinc *Gerhard. loc. de Conjug. d. §. 90.* ex Luthero prudenter notat, à Liberis, quorum Parens rogatus & requiſitus conſenſum ſuum impertiri non vult in nuptias eorum honeſtas, rem primo deferendam eſſe ad proximos agnatos, (adderem ad Affines, Amicos, Confeſſionarium vel Parochos, utpote apud unam vel alteram partem multum ſæpius valentes, qui adeo Prudentia ſuadente ad hocce negotium optime adhibentur, *vid. Judic. Facult. Theolog. Jenenſis in append. Conſilior. Theologicor. Dedekenn. Vol. 3. Libr. 2. Sect. 4. poſt numer. 3. pag. 804.*) quo perſuadere nitantur parenti, ne abutatur jure ſuæ poteſtatis, nec commodis liberorum deſit. *Quodſi* (ita pergit *Gerhard.*) *illorum auctoritate ſeſe permoveri non patitur, referendum id eſt Eccleſiæ miniſtro, qui patrem officii ſui ex verbo commoneat; Si nec ejus monita curat, ad Cauſarum matrimonialium Judices vel tandem deveniendum &c.* Pari ratione *Carpzov. Juriſpr. Conſiſt. L. 2. def. 52. n. 13. 14. 15.* officium, quod hac in parte eſt Conſiſtorialium, latius exponit, tradendo, tum erudiendos eſſe Liberos, ut, cauſa etiam diſſenſus juſta deficiente, Parentibus gratificentur, tum Parentes eſſe docendos, non convenire, ut poteſtate ſua abutantur ac vota liberorum nimium differant; *add. omnino def. 62. n. 15. & def. 55. n. 2. 3. 4.* ubi ſubjicit, quod ſi flecti nequeant Parentes, & Liberi in conatibus ſuis ſubſiſtant, Eccleſiaſtici Magiſtratus eſſe, cauſas paterni diſſenſus exactius examinare ſuumque interponere Arbitrium. Immo non gravatus eſt Ordo JCtorum Altdorfinorum, ſententia contra Parentes ob malas cauſas diſſentientes jam pronunciata, nihilominus ad Conſiſtorialem Judicem *d. ann. 1704. menſ. Novembr.* ſimul dare literas, ſuadentes, ut ante actorum reſignationem & publicationem ſententiæ,

vel

vel ſuſcipiatur vel, iteretur, Tentamen amicabilis Compoſitionis, tum exigendo â perſonis Nuptias inire volentibus manifeſtationem ſpecialium cauſarum, ob quas â Nuptiis vel penitus abſtinere, vel ſaltem eas, donec parentis ira deferbeſcat, differre nequeant; tum, quæ iis ſedeat ſententia, parenti diſſentienti non ſine circumſtantiis proponendo &c. Ex iisdem literis ſequentia, ut de rationibus hujus rei plenius agatur, ſcrupulisque, qui oriri poſſent, obviam eatur, hîc adducere non ab re erit: So iſt hieraus (ex præcedentibus, quæ ibidem leguntur,) unſchwer zu erſehē/ was maſſen mit gutem Gewiſſen/ ohne groſſe und NB. das officium gratitudinis übertreffende/ folglich mehr/ denn dieſes officium obligirende Urſachen / die Kinder auff ihrer Meinung / eine Heyrath wieder der Eltern Willen zu treffen / nicht beſtehen ſollen; geſtalten auch die Eltern / wenn ſelbige gleich aus bloſſen böſen Affecten ihren Conſenſum denegiren / jedoch dadurch / daß ihnen die Kinder nachgeben/ insgemein in dieſen Affecten nicht ebē mehr geſtärcket werden/ als ohne ſolches nachgeben würde geſchehen ſeyn; zumahln offenbahr iſt / daß dies Nachgeben nicht auff die Unterhaltung der Affecten, ſondern auff die Ehre der Eltern abziele; ungeachtet / wenn der Magiſtratus, ſo die Eltern eben nicht/ wie ſie von ihren Kindern geehret werden ſollen / zu ehren hat/ nach gnugſahmer Vorſtellung der beyden / (den Eltern und Kindern /) obliegenden Pflichten / in Unterſuchung der Cauſarum Diſſenſus ejusmodi paterni, böſe Affecten, deſſelben Urſprung zu ſeyn findet / ſothane Affectus, ohne ſie zu ſtärcken und zu unterhalten / pro juſtis diſſentiendi cauſis freylich nicht paſſiren laſſen kan.. Eodem reſpicit die renovirte Conſtit. von

Verlöbnüß und Ehe-Sachen §. 5. ubi equidem ratione ſpecialis caſus, fit mentio liberorum, die alle gebührende Mittel / als Kindliche privat-deprecation und Bitte / wie auch der Verwandten und guten Freunde Vorbitte und bewegliches zureden angewandt ꝛc. Ipſos autem Liberos, ut cedant Parentibus citra juſtas cauſas a nuptiis, quas illi intendunt, diſſentienbus; calcar addere poteſt, non tantum amor ſeu honor Parentibus debitus, verum etiam Philavtia, cum alias in animis Parentum vindictæ ſtudium odiumq; erga liberos, (quos ſe inferiores, ſibique eo ipſo inobedientes eſſe exiſtimant, quod Conjugium absque ipſorum Conſenſu, utut non nolente Magiſtratu, conſumment,) ſæpiùs augmenta non levia capere experientia doceat. Nec hîc prætermittendum eſt, quod, poſtquam Magiſtratus Liberis invitis Parentibus Sponſalia vel Nuptias celebrare permiſit, ipſi per regulas & Prudentiæ, & Legum Naturalium, teneantur Parentes amore honoreve ſincero proſequi, atque ejusmodi officiis, immo forte beneficiis, eorum benevolentiam captare. Quam in rem die renovirte Conſtit. von Verlöbnüß und Ehe-Sachen *d. §. 4.* iterum alleganda, quando diſponit, wenn der Eltern Conſens nach Gelegenheit der Fälle und Umſtände von der Obrigkeit ex officio ſuppliret wird / daß auff ſolchen event gleichwohl der Sententz allemahl mit einzuverleiben ſey / daß beyde Contrahenten den diſſentirenden Vater oder Mutter nichts deſtoweniger zu lieben / zu ehren / und gegen den oder dieſelben allen Gehorſam zu bezeugen ſchuldig ſeyn ſollen. Quam formulam etiam pronunciandi alibi in praxi ſervant, exem-

exemplo ſæpe adductæ Sententiæ Altdorfinæ de *Ann.* *1704. menſ. Nov.* id commonſtrante.

## Sectio II.
## Specialium Caſuum Exemplis Tradita illuſtrans.

§. 1.

INter alia, inprimis ex Avaritia, Superbia aut proprii laboris fuga, (ſi nempe Parentes, forte ſenio proximos, Nuptiis Liberorum ſecutis, aliqua expedienda maneant, in quibus â Liberis antea fuerant ſublevati,) Parentes injuſte diſſentire a Sponſalibus & Nuptiis liberorum, neminem fugiet, qui propoſita in *priore Sectione, inprimis §. 10. & 11.* vel fugitivo inſpexit oculo. Vid. omnino de paupertate ſponſi ſponſæve, quod juſtam a Nuptiis liberorum diſſentiendi cauſam non præbeat Parentibus, *dd. locis laudat. Carpzov. Juriſpr. Conſiſt. L. 2. def. 55.* & de Parentibus nobilibus pariter juſtam diſſentiendi cauſam non foventibus, ſi filius uxorem plebejam ſit ducturus, *eund. Carpz. ibid. def. 56.* necnon die renov. Conſtit. von Verlöbnüß und Ehe-Sachen §. 3. verbis: unter welche Urſachen ꝛc. *it. Judic. Conſiſt. Witteberg. apud Dedekenn. Conſil. Theolog. Vol. 3. L. 2. Sect. 4. numer. 42.* *Add. ex Reſponſo Altdorfino relata ſuperius Sect. 1. §. 12.* Nec negandum eſt, ſæpe ad pravos motus Superbiæ & odii, eosque in vindictæ cupiditatem erumpentes, referendam eſſe pertinaciam Diſſenſus Parentum a Nuptiis Liberorum, ſi hi flagrantem amorem ſentientes, equidem per obſtacu-



Deutsche Akademie der Wissenschaften zu Berlin Institut für Rechtsgeschichte Berlin NW 7, Unter den Linden 8

la, quæ Conjugio, quod appetunt, obtinendo opponuntur, ad exceſſus quosdam leviores commoti, nec debito honore parentes tam duros ubique proſecuti fuerint, poſtea vero ſubmiſſa eorum veneratione, & forte verbis, pœnitentiæ ſignis, hos ſuos lapſus excuſaverint. Hiſce tamen non obſtantibus, ſi perſonæ, quarum Nuptias liberi intendunt, famæ macula notatæ ſint, liberos, etiam Concubitu vel Benedictione ſacerdotali ſecuta, contra parentes diſſentientes non eſſe audiendos; ſi vero illæ perſonæ nimis vilis & abjectæ conditionis forent, matrimonio vel ſponſalibus declaratis nullis, virum ad ſatisfactionem, fœminæ, tum deflorationis, tum educationis prolis intuitu, circumſtantiis convenienter præſtandã, compellendum eſſe, ſtatuit die offt allegirte renovirte Conſtit. von Verlöbnüß und Ehe-Sachen / *§. 9*, ſubjiciens jam ſupra allegato *§. 10.* de viro ſui juris, der einer ſonſt unberüchtigten Jungfrauen oder Witwen / welche ſich zuvor wohl verhalten und von Chriſtlichen und ehrlichen Eltern gebohren und erzogen / ohne ſeines Vaters und Mutter vorwiſſen / die Ehe verſpricht / und ſie darauff beſchläffet und zu Fall bringet / daß / wenn die Eltern in dieſe Ehe nicht willigen wolten / gleichwohl aber keine gnugſahme / noch erhebliche Urſache / ihres diſſenſus halber / vorzuwenden und beyzubringen vermöchten / in ſolchem Falle auff die Vollziehung der Ehe erkant / und ſolche durch der Eltern bloſſes wiederſprechen nicht gehindert / ſondern dieſelbe vielmehr die Ehe mit Verletzung der Gewiſſen nicht ferner zu improbiren / auch ihren Elterlichen Conſens und Seegen darzu zu ertheilen / alles Fleißes anermahnet werden ſollen. Scilicet, quod perſonæ non turpium natalium & vitæ non inhoneſtæ a liberis amentur,

ſup-

Deutsche Akademie der Wissenschaften
zu Berlin
Institut für Rechtsphilosophie
Berlin NW 7, Unter den Linden 8

ſupponere ſolent, quando ab his ſponſalia aut nuptiæ absque conſenſu parentum celebrari concedunt, conf. *Dedekenn. Conſil. Theol. Vol. 3. L. 2. Sect. 4. n. 33. &c.* Et profecto probroſum matrimonium familiæquê alicui maculam inurens, haud raro Eventus comitatur Familiæ aut Conjugibus triſtis. Cæterum *ex Sect. 1. §. 4. 5. & 6.* inferas, paupertatem perſonæ, cujus Nuptias ſine conſenſu Parentum exoptant liberi, aut disparem amore ſe invicem proſequentium ſtatum, numero cauſarum diſſenſus injuſtarum rectè tunc eximi, quando harum qualitatum occaſione, matrimonium hujusmodi certisſime aut probabiliter infelicem aut Dei voluntati contrarium ſortietur exitum: *conf. Mev. p. 3. dec. 38. n. 2. & p. 6. dec. 226.*

§. 2.

Non pauca dantur, ob quorũ præſentiam defectumve Sponſalia vel Nuptias, ſive a liberis, ſive ab aliꝰ ſtatus hominibus ineundas, aut initas, impediri aut reſcindi Legibus non convenit. Si ergo talia, tanquam cauſas diſſenſus ſui, urgeant Parentes, apertum eſt, exempla occurrere injuſtarum cauſarum, quas impræſentiarum tractamus. Quanquam ea latius exponere hujus loci non ſit; ſolam tamen Diverſitatem Religionis, ſi nempe vincula conjugalia ſubire volentes diverſis ſacris addicti ſint, allegare placet. Nolunt nonnunquam Parentes, jungi liberos homini ab ipſorum Cultu Divino diſſidenti, &, ſive illo Religionum diſcrimine, tanquam vera cauſa ad diſſenſum ſuum impellantur, ſive idem â ſimulantibus tantummodo prætexatur, varia moliuntur ad impedienda vota natorum. Sane hîc ea conſideranda, quæ de Diverſitate Religionis totali & partiali; de diſtinctione

inter

inter infideles proprie ſic dictos, hæreticos & hæreticis credentes ſeu ſeductos, itemque ſchismaticos; de toleratis in Imperio Romano-Germanico Religionibus; de Sponſalibus nondum & jam contractis, nec non de matrimonio jam conſummato; de fidelitate vel infidelitate ſuperveniente, ſcilicet poſt matrimonium contractum &c. tradunt Ddres agentes de Nuptiis à diverſæ Religionis hominibus celebrandis, conf. poſt alios *Dn. Lyncker. diſſert. Jenæ anno 1691. habit. de eo, quod juſtum eſt circa perſonas diverſæ Religionis, Sect. 2. c. 1. §. 7--15.* ubi *§. 9.* inter alia dicit: *ſi tales perſonæ* (diverſarum Religionum in Imperio approbatarum) *tanto affectu ſe invicem fuerint complexæ, ut diſtrahi amplius ſine magna difficultate & conſcientiarum morſu haud poſſint, ad haſcè potiſſimum cautelas reſpiciendum eſſe volunt, ut ſcilicet (I) ratio habeatur perſonarum contrahentium, & quidem (1) perſonæ orthodoxæ, (maxime ſi imbecillis fœmina ſit,) quæ heterodoxæ jungi deſiderat, an in vera fide adeo fundata ſit, ut perſuaſionibus ad falſam doctrinam ducentibus valide reſiſtere poſſit, nec facile ſeduci ſe patiatur, (2) heterodoxæ, utrum ſcilicet ſpes converſionis ejus ſuperſit, nec periculum ſeductionis facile parti fideli metuendum ſit; (II) ut conveniatur de liberis procreatis in vera religione educandis, præſtita deſuper cautione.* Vid. etiam omnino *Inſtr. Pac. Weſtphal. art. 5. §. 1. 35.* Hæ igitur Conditiones ſi ſupponantur, male diſſentire ſtatuas Parentes à Nuptiis Liberorum, hominis diverſæ Religionis amore ardentium; ſi vero eas abeſſe appareat, Parentes pio affectu ad diſſentiendum ferri, adeoque cauſam diſſenſus juſtam allegare, communi hypotheſi calculum adjiciens non dubitabit. Illud tamen certum eſt, ſi Religionis profesſionem nullo modo cogendam, ſed ei liberta-

tem

tem omnimodā aſſerendam eſſe defenditur, Parentes liberos neutiquam arcere poſſe ab amplexibus conjugalibus hominis ab ipſorum Religione diſſentientis, quotiescunq; liberi ad caſtra Religioni alii adhærentium, ſimul tranſire, ſive recte, ſive male decreverunt, nec ſolidis argumentis refutationibusq; errorum à propoſito avocari potuerunt; DEO utique reddituri rationem, ſi ob conjugium, vel alias leves, aut etiam vanas rationes, veritatem Religionis vilipendere & abnegare, vel in errore Conſcientiæ vincibili perſeverare non vereantur.

§. 3.

Solum contemtum Conſenſus Parentum, his ſufficientem præbere Cauſam diſſentiendi â Sponſalibus liberorum jam contractis, communis eſt ſententia, *vid. Carpz. L. 2. Jurispr. Conſiſt. def. 57.* Contemtum vero eum apparere docent, ſi liberi, inconſultis atque non requiſitis Parentibus, pure ac absque conditione & reſervatione auctoritatis paternæ, Sponſalia contraxerint, *Carpzov. d. l. n. 3.* Sicut vero liberis nimio forte amore excæcatis, & imprudentia lapſis, ſi jura cautelasque utiles ignorantes non adeo caute cum perſona amata de Sponſalibus colloquantur, ob hanc doctrinam deeſſe, eosque à matrimonio, quod deſiderant, ob diſſenſum Parentum nullis aliis fundamentis innixum, prohibere, vix æquum putes: Ita non aliter intelligenda eſſe, quæ hac de re traduntur, cenſeo, quam, ſi nullus alius, ac contemnendi Parentum auctoritatem animus, in Liberis Sponſalia ſine conſenſu Parentum pure contrahentibus deprehendatur. Unde ſi ex ſubmiſſa deprecatione, qua liberi Sponſalia ejusmodi ſibi ignoſci à Parentibus poſtulant atq; orant, ex patienter

E to-

toleratis â Parentibus injuriis, ex veneratione ſingulari eorundem ſubſequente, aliiſque ex circumſtantiis, illam contemnendi Parentes intentionem abeſſe cognoſcatur, injuſte à Parentibus diſſentientibus urgeri non dubito ſolam neglectam rogationem paterni conſenſus ante Sponſalia pure celebrata. Videntur huc collineare, quæ die renovirte Conſtitution von Verlöbnüß und Ehe-Sachen. *d. §. 5.* doctrinæ laudatæ limitationis loco annectit: Wann ein Sohn (ita ſe habent verba, quæ partim jam ſupra citata,) oder Tochter / der Eltern final-reſolution unerwartet / ſich verloben würden / obgleich die Eltern ſonſten keine andere erhebliche Urſache / als daß die Ehe-Gelöbnüß hinter ihrem wiſſen und willen geſchloſſen / vorzuwenden hätten / in ſolchem Fall wollen wir den geſuchten Conſenſum ex officio, ohne vorhergehende reiffliche Cognition des Conſiſtorii, welches / wann die Kinder in dieſem Caſu alle gebührende Mittel / als kindliche privat-deprecation und Bitte / wie auch der Verwandten und guter Freunde Vorbitte und bewegliches zureden / angewandt / die Eltern aber dennoch nicht conſentiren wolten / nach Beſchaffenheit der Umſtände zuerkennen haben wird / ob ſothaner denegation und protraction der Eltern ohngeachtet / die Ehe zuverſtatten ſey / oder nicht / keines weges ſuppliren / noch die Eltern wieder ihren Willen darzu nöthigen / vielweniger zugeben / daß die vorhabende Ehe vollenzogen werde. His ſimilia protulere JCti Altdorf. in rationibus decidendi, quibus ſtabilivere ſententiam *d. Ann. 1704. Menſ. Nov.* conſcriptam, dum doctrinam de contemtu Conſenſus paterni, ſufficientem Parentibus præbente cauſam ad impediendas ſuo

dis-

diſſenſu Nuptias liberorum, tunc ceſſare tradunt; wenn einer / ( verba enim dictarum rationum hîc apponamus, ) ob er gleich auch Sponſalia absque conſenſu paterno purè eingegangen hätte / jedoch ſponte ante motum ideo proceſſum vel litem pœnitiren / folglich dieſe vorhero absque conſenſu paterno geſchloſſene Sponſalia ſelbſten vor null und nichtig achten / und neue Sponſalia, worinnen es auf den conſenſum paternum vornehmlich ankommen ſolte / ſchlüßen wolte; Denn es wäre alsdenn der ſponte & nondum mota lite petirende conſenſus parentis, ob contemtum ejus præcedentem, eumque pœnitentia eliſum, mit nichten zu denegiren / weil ſothane denegation eine allzuharte Straffe dieſes jedoch bereueten vorigen contemtus, ja ein bloßer Hochmuth und Rache ſeyn würde. Nec minus egregia ſunt, quæ *in appendic. Dedekenn. Vol. 3. Conſil. Theol. L. 2. Sect. 4. poſt num. 33. n. 1. pag. 807. & 808.* de Sponſalibus à Liberis absque prævio conſenſu Parentum initis juramentoque confirmatis, leguntur, & hîc non reticenda ſunt, quia etiam ad Sponſalia talia injurata magna ex parte applicari valent. So viel nun / *ex d. l.* verba Judicii Facultat. Theol. Jenenſ. excerpimus, gegenwärtige Ehe-Sache betrifft / iſts wohl an dem / daß vermöge Göttlichen Gebots / Chriſtopf N. hätte der F. Groß-Mutter und nahen Anverwandten / ihren gebührenden reſpect erweiſen / und / ehe er ſich würcklich in ein Ehe-Gelöbnüß eingelaßen hätte / ihres Raths dabey pflegen ſollen: In welchem Fall ſie auch hingegen / vermöge Göttlichen Worts / wären ſchuldig geweſen / wofern ſie keine erhebliche wichtige Urſachen zu diſſentiren hätten / ihme N. N. zu ſeinem ſo beſtändigen Vorhaben beförderlich

zu ſeyn. Ob nun zwar auf N. N. Seiten dießfalls verſtoßen / und dahero die Groß-Mutter und Anverwandten in Vollziehung der verſprochenen Ehe nicht willigen wollen / ſo befinden wir doch in GOTTES Wort keinen Grund / aus welchem zu behaupten / daß dieſes verſtoſſen und der darauff erfolgte bloße diſſenſus Aviæ & Agnatorum , eine gnugſahme Urſache wäre / um welcher willen eine ſo offt und hoch betheurte / und mit der Jungfrauen Freunde einwilligung geſchloßene Ehe / vor GOtt unbindig oder zu trennen wäre / es wäre denn / daß die Groß-Mutter und Anverwandten andere und erheblichere Urſachen ihres diſſenſus anführen könten / als in den ergangenen Acten enthalten / damit ſie billig gehöret würden ; In entſtehung aber derſelben / ſoferne N. N. gegen der F. Großmutter und Anverwandten ſich wird demüthigen / ſeinen hierinnen begangenen Fehler erkennen und abbitten / auch die Jungfrau N. N. ſich der Gebühr nach ſubmittiren und erzeugen wird / thut der Groß-Mutter und Anverwandten / Vermöge ihres Chriſtenthums obliegen / den begangenen Fehler zuverzeihen / und die ſo hoch betheurte und beſchworne Ehe nicht durch bloßes Wiederſprechen ferner zuhindern / ſondern vielmehr zu befördern / damit zu Verletzung eines oder des andern Gewißen / welches ein ſehr zart Ding iſt / damit nicht zu ſchertzen oder liederlich zu verfahren iſt / nicht Anlaß gegeben werde. Pertinet huc etiam, quod B. *Brunnem. Jur. Eccleſ. l. 2. c. 16. §. 5.* generatim ſtatuit, in caſu, quo filius vel filia abſolute promiſit Nuptias non conſentientibus Parentibus, conſequentiam non eſſe: *Filia injuriam intulit patri, quod abſolute Nuptias promiſerit ; Ergo pater poteſt citra aliam*

*cau-*

*cauſam in præjudicium filiæ Nuptias impedire.* Nec aliter ſentit *Mev. part. 8. dec. 122.* ibi: *nec ſufficit* (parentes) *dicere, quod nolint, aut reſcindere, quia conſenſum liberi non rogaverint, ſed oportet diſſenſum niti ratione, eaque juſta &c.* Ad hæc accedit, probationem, ſi Judici hac de re ſit dubium, Parentibus incumbere, quod clam & inſciis iis, fides â liberis data fuerit perſonis dilectis. Nec negandum, caſus extituros eſſe, ubi Sponſalia ſub Conditione tacita, ſi Parentes conſenſerint, celebrata eſſe, circumſtantiæ ſunt comprobaturæ.

§. 4.

Si parentes juraverint, ſe nunquam approbaturos eſſe Sponſalia Nuptiasve Liberorum cum hac vel illa perſona contrahendas, aut ſi liberi abſque Parentum conſenſu Perſonis amore ſibi devinctis, aut hæ illis, fidem conjugalem aut ſponſalitiam juramento intercedente dederint; item ſi concubitꝰ aut benedictio ſacerdotalis ſecuta fuerit promiſſa conſenſu paterno deſtituta; tunc omnino diſquiſitioni locus eſt, annon Parentum diſſenſus, utut ex rationibus in ſe non manifeſtè injuſtis profluens, cedere debeat Vinculo Jurisjurandi aut Benedictionis Sacerdotalis Copulæve carnalis? aut annon Liberi præferre voluntatem Parentum, Juramento præmiſſo diſſentientium, proprio deſiderio, & ob hanc rationem, Nuptiis, ad quas animum acriter intendebant, valedicere teneantur? Verum hæc hic loci diſcutienda non eſſe, exinde apertum eſt, quod omnia, quæ hac de re proponi valent, pertineant ad illam quæſtionem: Utrum conſenſus parentum, ſi memoratæ etiam circumſtantiæ affuerint, ita neceſſarius ſit ad Sponſalia & Nuptias liberorum, ut eo ceſſante eædem ſint invalidæ? quam quæſtionem ad noſtrum thema non ſpectare, ex *Sect. 1. §. 3.* elucet. Unde extra oleas

 non

non vagaturi lectores remittimus ad diverſa, quæ habentur in der renovirten Conſtit. von Verlöbnüß und Ehe-Sachen §. 7. 9. 10. 14. 15. *Dedekenn. Conſil. Theol. Vol. 3. L. 2. Sect. 3. n. 7. Sect. 4. n. 17. 21. 33. 36. 40. 41. 42. in appendic. ad dict. Sect. 4. poſt num. 3. n. 1. poſt num. 29. n. 2. poſt num. 33. num. 1. pag. 807. 808. nec non ad Sect. 6. poſt num. 8. quæſt. 4. 5. pag. 811. &c. add. Carpz. Juriſpr. Conſiſt. L. 2. def. 58. 60. Brückner. Deciſ. jur. matrim. p. 1. cap. 2. n. 71. 72. 81. ſeqq. Stryk. de diſſenſ. Sponſal. Sect. 4. c. 1. §. 32. ſeq collat. c. 3. §. 3. ſeqq. & c. 2. & ad Brunnem. Jur. Eccleſ. L. 2. c. 16. §. 5. verb. ex mera protervia &c. Brunnemann. ibid. §. 12. ibique Stryk. Thomaſ. ſupra citat. diſſertat. Lipſienſ. de validitate Conjugii invitis parentibus contracti, & per benedictionem Sacerdotis depoſiti conſummati, ſubjectaquè illi Diſſertationi in editione Diſſertationum Lipſienſium collectarum Reſponſa JCtorum Roſtochienſium, Kilonienſium, Lipſienſ. unà cum actis adjunctis; ne etiam ad alia loca auctorum d. Sect. 1. § 3. ac alibi allegata iterum provocemus.* Illud hîc obſervandum, quod dubium non ſit, quin præcedente dicto juramento Liberorum, aut interveniente copula ſacerdotali carnalive, ſatis ſit cauſæ, qua Parentes, utut alias non manifeſtè injuſtis diſſenſus fundamentis nitentes, moveri debeant ad aſſenſum præbendum promiſſis Liberorum conjugalibus, quæ illi, aut actu jurandi Deum reſpiciente, atquè ita fide eidem etiam obſtricta, aut concubitu, (marem & fœminam in unam carnē, qualis unitas indiſſolubilem Conjugum Societatem poſt ſe trahere ſolet, redigente, *vid. 1. Cor. 6. v. 15. 16.*) corroborare auſi ſunt. Quam in rem inter loca modo adducta inprimis notabilia ſunt, tum quæ in *Judicio Conſiſt. Elect. Saxon. apud Dedekenn. Vol 3 L. 2. Sect. 4. n. 36.* dicuntur: Allhier ꝛc. ſollen die Eltern/ wie billig/ ermahnet werden/ ihrer Kinder Ge-

Gewiſſen zu rathen / und Ehe-Handlung zu befleißigen mit Ernſt / damit ſolche beeydete Ehe nicht leichte von einander geſetzt werde / tum quæ in *appendic. Dedekenn. ad dict. L. 2. ſect. 4 poſt n. 29. n. 2.* legere eſt: Wiewohl nun unleugbahr / daß die Kinder ihre Eltern vermöge des vierdten Gebots ehren ſollen / welches auch in Heyraths-Sachen billig beobachtet wird / ſo ſind doch erhebliche Urſachen / um derer willen Vater und Mutter bißweilen ihres Rechtes ſich mit gutem Fug in dieſem Fall begeben können. Um das Gewißen iſt es ein zartes Ding / welches leichte beſchweret wird / wenn ein junger Menſch an Eydes ſtatt etwas verſprochen hat / und hernach aus Zwang der ſeinigen zurücke treten muß. Ließen uns demnach bedüncken / es wäre am ſicherſten / wenn man eurem Sohn und Schwager vergönnete / daß er ſein Wort hielte / und ꝛc. die zugeſagte Ehe mit des vornehmen Mannes ꝛc. Tochter vollenzöge. His conſentanea, quæ *ibidem poſt num. 33. n. 1. pag. 807. 808.* habentur, jam *præcedente* §. 3. exſcripſimus, hîc verò omnino repetenda ſunt. Sanè etiam Legibus Divinis adverſatur jusjurandum (quod forte ſoli pravo affectui originem debet,) parentũ illorum, qui conſentire renuunt Sponſalibus & Nuptiis liberorum, quas non infelices Deoque non ingratas futuras eſſe conjicitur. Pariter, niſi tantum non perſpicuum ſit conſtetve inter prudentes, repugnaturum Voluntati Divinæ, infelixq; futurũ eſſe Conjugium, quod unitas carnis, etiam poſt illicitum concubitũ, obſignavit, potius eidem, utpote re non amplius integra conſentiant Parentes, expectentque quemlibet eventum, quam ab eo præfractè diſſentire perſeverent. Faciunt huc, quæ præſertim aus der renovirten Conſtitution von Verlöbnüß und Ehe-Sachen *d. §. 10. hac ipſa Sect. 2. §. 1.* addu-

ducta ſunt. Vid etiam *Mev. ad Jus Lubec. l. 1. tit. 4. art. 2. n. 16. 17.* ubi modo dictis convenientia inveniuntur.

§. 5.

Plura, quæ in medium afferri posſent, ſpecialia, caſusque alios ob circumſtantias intricatas difficiles, lubentes omittimus, cum dicta Ingeniis non obtuſis exemplorum loco ſufficere queant. Id omnino certum eſt, ex principiis *in Sect. 1.* deductis, deciſionem omnium ſpecialium dependere, Jusque Naturæ, quod ibidem quoquè jam notatum, omne, aut primarium hîc ferre punctum. *Conf. Carpz. libr. 2. Jurispr. Conſiſt. def. 56. n. 12.* ubi matrimonium multum participare de ſeminibus Juris naturalis ſtatuit. Quare Leges has, natura cognoſcendas, etiam in aliis materiis, (illud enim in præſenti neceſſario fieri præcedentia demonſtrant,) non ex rivulis Juris humani, ſed ex proprio, eoquè liquidisſimo fonte, (nempe Natura Dei, hominum, aliarumquè rerum, diligenter conſideranda,) indefeſſa induſtria hauriendum, limitesque, quibus ipſæ ab aliis Juribus ſecernuntur, ut *Sect. 1. §. 2.* monita iterum inculcemus, nunquam confundendi ſunt, quo ita ſancta certius promoveatur Juſtitia, & tandem obtineatur

*SOLIUS DEI GLORIA.*

---

## Inter errata

Pag. 4. lin. 17. poſt verba: von Ehe-Sachen §. 7. adde: & §. 12. pag. 6. lin. 24. legas: *de disſenſ. Sponſ. Sect. 4. c. 1. § 30.* pag. 7. lin. 9. legatur: earum Cauſarum prætenſarum, aut ſaltem revera non præſentium juſtarum, ſit effectus, pag. 9. lin. ult. & p. 10. lin. 1 legas: prævideatur aliquod matrimonium DEO arriſurum, infortunatumque non futurum, tunc oportet &c pag. 19. lin. 20. poſt verb. *def. 54. 60.* add. *61. & præced. def. 50. 51. junct. Schilt. ad ff. Ex. 36. §. 22.* pag. 20. lin. penult. legas educatione parentum, etiam reſpectu NB. talium Sponſaliorum, adhuc indigere, p. 26. lin. antepenult. deleantur vocabula: Conſiſtorialem judicem, & ſubſtituatur: ad Conſulentes.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677222-p0042-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677222-p0043-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677222-p0044-7

01 A 6527

ULB Halle 3
002 937 131

VD18 VD17 Retro

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677222-p0045-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677222-p0046-8

Q. D. B. V.

DISSERTATIO JURIDICA
DE

# Injuſtis Cauſis Diſſenſus Parentum â Nuptiis Liberorum,

Quam

*DIVINA FAVENTE GRATIA,*
IN ACADEMIA REGIA VIADRINA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
*AUGUSTO AC SERENISSIMO PRINCIPE ET DOMINO,*

**DN. FRIDERICO WILHELMO,**

REGNI BORUSSICI ATQVE ELECTORATUS BRANDENB. HÆREDE &c. &c.

SUB PRÆSIDIO

**DN. ADAMI BALTHASARIS WERNERI,**

JCTI CELEBERRIMI,
S. REG. MAJ. BORUSSICÆ ET SERENISS. DUC. WURTENBERG. OLSN. â CONSILIIS, IN HAC ALMA PROFESS. JUR. ORDIN. & FACULT. JUR. h. t. DECANI,
*Fautoris atq; Studiorum ſuorum Promotoris ætatem colendi,*
A. O. R. 1709. d. 20. April.
loco horisq; conſuetis
publice defendet

**JOHANNES RUNGE,**

Neo-Marchicus.

*FRANCOFURTI ad VIADRUM,*
Literis CHRISTOPHORI ZEITLERI.

41

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677222-p0047-3